



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex**

**Delrío, Martín Antonio**

**Mogvntiae, 1624**

Sectio III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

Quibus Deus vult scientiam infundere, absque ritibus praescriptis vllis id facit; & infudit olim paucis, hodie forte nullis: ars ista contendit non nisi ad amissim exacte servatis omnibus scientiam infundi, & quidem omnibus, si obseruent. Non igitur qui infundit est Deus, nec Angelus bonus, sed diabolus: diabolo offerunt preces, diabolum adorant, diabolo ieiunant, diabolum habituri sunt remuneratorem. plura contra hanc Bap. Segnius *c. 7. de vero studio Christiano.*

Huius vanitatis varij sunt rami seu stolones: vnum vocant *artem Paulinam*, quia fingunt a Deo traditam B. Paulo in ecstasi constituto, & Apostolum eam posteris tradidisse. Quid stultius, scelestius, blasphemius dici potest?

Aliam inuenio, nescio an speciem Notoria dicam: nam in multis conuenit, in eo tamen discrepat, quod notoriam aiunt fieri per modum subita infusio- nis, hanc aliter vocant *artem spirituum*, vel *artem Angelicam*, qua dicunt hominem quando cunq; vult, omnium rerum quas nosse vult, scientiam accipere, ministerio Angeli custodis vel aliorum Angelorum bonorum. Huius duas, tradunt species, vnam *obscuram*, quae fiat per viam eleuationis, transitus, raptus, seu ecstasis: alteram *claram*, quae dicunt fieri Angelis visibili in forma corporis assumpti apparentibus. & iucunde colloquuntibus. Hac vsus forte Cardanus, qui cum tribus illis spiritibus. Auerrois sectatoribus disputauit. Verum haec ars nihil est aliud re. quam *impia Goitia* seu *Magia alba*, de qua dictum *lib. 1. nec hi Angeli sunt alij, nisi daemones Paredrij*, hominum deceptione & interitum enixe procurantes. Artis impia falsitas luce clarior est, quia omnes eius formulae sunt merae coniurationes,

A seu adiurationes, quibus illi spiritus ad obsequium adiguntur. Constat autem bonos angelos non adiurari, sed precibus honorari & implorari velle ac debere. Contra hanc vanitatem etiam scripsit Ioan. Bapt. Segnius *d. opusc. c. 8. & 9.* Vnde patet quid sentiendum, qui iactitant se spiritum habere, a quo cuncta doceantur (vt solebat quidam Magus Parmensis dicere) aut praeditos se, & dirigi spiritu quodam adeo poteste vt et imaginationibus alienis queat imperare, quod impostor ille Maltesius his ipsis annis in Brabantia gloriari solitus ferebatur. Nimirum hos foedus cum morte percussisse, & ad Necromanticorum tribum planissime pertinere.

## SECTIO III.

C **Q**uinto quando gestatur reliquia, vel Euangelium sancti Ioannis, aut aliqui versus psalmodum, non ex deuotione tantum, sed adiunctis vanis circumstantijs, v. g. vt sic vel sint scripta, vel reliquiae sint in vase triquetro vel rotundo, vel tribuendo vim formae, vel materiae a, vt scriptum sit in pergameno virginea, vel tempore, vel scriptum sit oriente sole, vel personae, vt alligatum sit ab incorrupto, vel modo, vt tot filijs, vel talibus. item necesse est, vt nulla adsit figura praeter signum crucis, nulla imago, praeterquam Christi, vel B. Virginis vel Sancti cuius notum, aut solita angeli boni; item nulla barbara & incognita Dei vel Angelorum nomina sint addita, denique nihil aliud adsit vani vel mendacis. Deus enim nunquam est auctor mendacij, vel vanitatis b. Obijciat forte aliquis solum signum crucis iure Canonico permitti. Resp. Canonem agere de characteribus quibus crucem annumerat: non agere de imagi-

B.

a D. Tho.  
sup. a. 4. q.  
Nauarr. d.  
c. 11. n. 35.

b Ita sentit  
in cano  
n. 1. a per  
1. c. non  
licet. 26 q.



D. Thom.  
sup. D. An  
nonnin 2.  
p. tit 12. c.  
1 Martin  
de Arlos de  
superstit.  
tract. 10.  
Viguer c.  
56. v. 5.

c. l. 2. de do  
Ar. Christ  
c. 20. repe-  
ritur in c.  
illud 26.  
q. 2.

d. d. lib 1.  
c. 26.

nibus, quæ cum in templis pie habeantur, cur non possint & collo gestari: De ligaturis superstitiosis, accipio Antifidorense Concil. Can. 3. quem à mendo liberum nõ queo præstare, sic legitur in fine: *nec sub tibia aut pede, aut hominẽ linea fieri penitus presumat.* prior prohibuerat superstitionem soluendi vota ad arbores, sentes, aut fontes gentilia superstitione securatos: postea vetat superstitione ligaturas, quæ sub tibia teniis alligatis fiebat sed diuinent alij, mihi nox mera, in illis, hominem lineo. Lux clara in sequentibus: nam de his luculenter sic D. Augustinus c. Ad hoc genus pertinent omnes ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant: siue in quibusdam rebus suspendendis atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad præseruationem corporum, sed ad quasdam significationes occultas, aut etiam manifestas quæ mitiore nomine physicam vocant: vt non superstitione implicare, sed natura prodesse videantur, sicuti sunt maures in summo aurium singularum, aut destrutionum osibus anstula in digitis, aut cum tibi dicitur singulti-entis, vt dextra manu sinistrum pollicem teneas. ] censuit itaque D. August. in his esse vanam obseruantiam, arbitror quæ hæc ad futuri obseruationem notabant. fieri namque potest, vt vltima duo physicam vim ad sanitatis cõseruationem aliquam obtineant & tum à superstitione forent aliena. Addit idem August. postea, obseruatu quiddam dignissimum, non quicquid intus sumptum naturaliter iuuat, idem etiam appensum iuuare: & ideo plus cantionis adhibendum in his appensis, quoniam in ijs plus periculi versetur. Aliud, inquit, d. est dicere, tria istam

A herbã si biberis, venter non dolebit, & aliud est dicere istam herbã collo si susceperis, venter non dolebit. Ibi n. probatur contemperatio salubris: hic significatio superstitiosa damnatur, ] quibus verbis sentit, prius esse remedij, posterius vero signum pacti. Sic è conuerso, non quicquid efficax est à natura appensum; vt sunt quidã Indici lapides contra dolorem renum, lineis, &c. id è est efficax tritum, & intus sumptus. Subdit sapienter Aug. Quamquam vbi præcantationes & inuocationes & characteres non sunt, plerumq. dubium est, vtrũ res quæ alligatur aut quo quomodo adiungitur sanãdo corpori, vi natura valeat, q. libere adhibendum est, an significatiua quadam obligatione proueniat, q. tanto prudẽtius oportet cauere Christianũ, quanto efficacius prodesse videbitur. Sed vbi latet, quæ causa quæ valeat quo animo quisq. vtatur, interest. ] Ex quibus verbis tria colligas. Primo, si putatur res naturaliter prodesse, tunc licet suspendere de corpore, quia hoc fit tanq. remedium. Secundo, si putatur non prodesse naturaliter vt causa, sed dũtaxat vt signum futuræ sanationis, tunc omnino abstinedum. Tertio, si res dubia sit, nec ad sint medici, qui cõsulantur, tunc animum & intentionem appendentis, rem bonã vel malam facere; bonam, si facit opinione priore; malam, si posteri⁹ credat. Tunc n. incidere quis in c. admonet 26. q. 7. quo laici anathemati, clerici degradati nisi subijciuntur. Canones a non permittunt orationes alias inferibi periaptis præter orationẽ Dominicam & Symbolum; sed vsu Catholico, id ad Euangelium B. Ioannis, & alias S. Scripture partes extensum videmus: quia par in ijs ratio pcedit; nempe deuotio ferētis, & verborum sanctitas. Quæ si prosunt pie recitata cur non & pie gestata: sed

a. c. non  
ceat 26. q.  
5. q. 7. non  
obseruati  
26. q. 7.



ra: sed semper superstitiosa quae diximus vitanda; in primis numeri certi iteratio. quae illi vis attribuitur. Vnde sane oportet intelligere, quod magnus Cassiod. scripsit *b. multis efficax remedium in varijs malis fuisse trinam recitationem huius versu. Dirupsisti vincula mea, & c. ut non ipsa aeterna repetitioni sed in honore sanctissimae Trinitatis ter repetentis, deuotioni, Deus id derulerit, sed de orationum formulis mox plura.*

## SECTIO IV.

C. *Sexto, huc referenda vanissima omnium (αλδοσις) animaduersione. de qua B. Chrysost. hom. 21. ad pop. Antioch. Et quid tandem sunt omina: Sape domum quis suam egressus hominem videt monoculum, vel claudicantem & ominatus est. Et postea, Si virgini occurreris, sterilis dies erit, si vero meretrici, dextera & plena, & multa mercatione plena.] mox ut par erat in hanc dementia inuehitur ut & Philemon apud Theodoret. *ὅταν ἴδω πικροχρόν. τα ἄσπερον ἢ πικρὸν ὁσπιδόν σκοπεῖν ἢ πικρὸν ἢ πικρὸν ὁσπιδόν* & c. quod ita vertit Zenobius, cum videro obseruatiam qui sternuat, aut speculantem si quis accedat, perdam ego hunc hominem in vestigio. Subdit deinde auctores alios veterum ridetes superstitioem omnium Menandrum, Antiphonem, Arcesilam, Diogenem Bionem. vide Theodor. lib. 6. de curand. Graecor. affect. in principio. Quod vero Aufonius tria tantum omnia agnoscit, eum refellunt caeteri qui plurimum meminere. forte de praecipuis tantum loquebatur. sed quae illa in re vanissima? D. Aug. sic scribit c. His adiunguntur millia inanisimarum obseruationum si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantes amicum, lapis, aut canis, aut puer medius interuenerit. arg. illud quod lapidem calcant tanquam diremp-*

A *rem amicitia, minus molestum est, quam quod innocentem puerum colapso percutiunt, si pariter ambulatibus intercurrerit. Sed bellum est, quod aliquando pueri vindicantur a canibus. Nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam tanem qui medius interuenerit, ferire audeant, non impune. Namque a vano remedio cito illo percussorem suum ad verum medicum mittit. Hinc sunt etiam illa limem suum calcare, cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si dum quis se calceat sternutauerit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis a foricibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali, quam praesens damnum dolere. Vnde illud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam, qui sibi erosas esse caligas diceret a foricibus respondit, non esse illud, monstrum: sed vere monstrum habendum fuisse, si foricis a caligis roderentur.]*

C *vides quot genera hic fuisse a D. Aug. enumeretur. primo Salissatorium. de quo Isidorus tradit Salissatores seu Salitores vocari huiusmodi ominosos. Salissatio *παλμός* vet. glossario vocatur & palpitiatio: huius species a cilijs, vel oculis porissimae. isti Suidas & Theocritus meminere: illius Plaut. in Mil. glot. Praecantatrici, collectrici ariole, aruspice Flagitium est si nihil mittetur, quae supercilio spicit, & in Pseudo. Nisi quia futurum est, ita supercilium salit. vide Caellium lib. 7. c. 29. quo videtur referendum quod quidam sonitum spontaneum auris dextra, vel sinistram obseruant, ut si haec tintinet, inimicum, si illa, amicum, nostri putent memoriam tum recolere. de quo Aristinetus d. *ἀπὸ τοῦ βουβωνίου πρὸς τὰς ὄψεις ὁ σφύγξ πρὸς τὸ ἀργὸν ἰσχυρῶς ἢ ἰσχυρῶς* nonne auris tibi resonabat quando tui lachrymans recordabar: & alicui huc pertinere videatur illud Lesbyae vatis a Veronenfi conuersum,*

*Sonitu suo pte tintuant aures.*

c. non d.  
at 26. q.  
c. 7. non  
seruati  
c. 27.

c. d. c. 20.